



**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

Rehvla[!] XLIII. Qui tacet consentire videtur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

stam. & §. liberis Inst. De pupil subsit. Et matrimonium si non subsistit, nec dos, nec donatio propter nuptias intelliguntur, cap 5, Ext. De donat inter vir & uxor, l 4, C. Deinceps & mut. nupt l 3, D. De jure dos. Aliaque ad illustrandam hanc Reg. adferri possunt, quæ consulto brevitatis caula omittimus.

Quæ tamen ita exaudienda sunt: nisi & ipsum accessorum certa quadam ratione principale sit, ut in specie cap. Debitorum 6, Ext. De jurejur. ubi iuramentum de solvendis usuris impleri jubetur, etiam si ipsa obligatio usgratum, cui accedit, non subsistat. Quia id evenit, quod ex juramento propria obligatio nascatur inter Deum & jurantem, sicut indicat d. cap. Debitorum in verb. domino reddere iuramentum, can. Sipeccatum xxii, qui Matth 5, paulo post med. Idem accidit in alienatione do-  
ris, & renunciatione paternæ hereditatis: quæ etsi ipso jure nullæ sint, sustincent ramer proprie-  
ter accessionem juramenti, cap. Cum contingat 28,  
De jurejur. cap 2, De part. lib. 6, quia, ut dixi, ex  
juramento propria obligatio nascitur. Hinc ge-  
neraliter à SS. Canonibus servari jubetur iura-  
mentum, quod non vergit in dispendium salutis  
æternæ, nec redundat in alterius detrimentum,  
d. cap. Cum contingat in fine & in d. cap. 2, add. cap. 2,  
De jurejur. in 6, In stipulatione facta alteri idem  
videmus; quæ licet per se non valeat, ubi tamen  
stipulatio pœna illi adiicitur, statut priori stipu-  
lationi mecum pœna adjecta: siquidem pœnalis  
hæc stipulatio quamvis accessoria videatur, verè

tamen principalis est, cui altera, quæ ipso jure  
non valet, per modum conditionis inest, §. alii  
Inst. De inutil stipul.

Illud Doctorum ingenia facigat, cur contra-  
ctibus à minoribus xxv. annis sine tutoris vel cu-  
ratoris auctoritate celebratis, si de jussor, l Si pu-  
pillus 127, D. De verb. oblig. juncta, Quod pupillus 41  
D. De condic. indeb. & pignus accedere possit, l.  
Etsi u 9, C. De pred. & aliureb min. Rationem verò  
ego hanc video, quod minores ex suo contractu  
naturaliter saltem obligantur, l 1, D. De novit. at  
naturali obligationi fidejussor rectè accedit, t.  
Inst. in princ. De fidejussor. quemadmodum & pig-  
nus, l. Res hypothec 5, l. Quæstum 14, D. De pignor.  
Neque refragatur textus in d. l. Quid pupillus 41  
D. De condic. indeb. ubi dicitur, pupillum promis-  
tentem sine tutoris auctoritate ne naturā quidem  
debere: quia hoc verum est, quod pupilli per-  
sonam, quam lex obligationi naturali eximit; si-  
ve, ut rectius dicam, effectum naturalis obliga-  
tionis quoad pupillum impedit, non verò quod  
intercessorem pupilli, cuius respectu naturalis  
obligatio ex contractu pupilli effectum sumi-  
rit, cum lex tantum liberare velit pupillum,  
non intercessorem ejus. Sic omnis difficultas,  
quæ contra hanc Reg ex l. Si pupillus D. De verb.  
oblig. juncta d. l. Quod pupillus & l. Etsi C. De pred.  
& ali. reb. minor. concitatur, facile submovetur,  
Adde quæ supra retulimus, ad e. Cum quid prohibe-  
tur eod.

## REHVLA XLIII.

Qui tacet consentire videtur.

**H**ec Regula si nōdē inspicatur, defendi  
non potest: igitur ad certas species coar-  
ctanda est. Etiam multis casibus accedit,  
ut sciens & tacens non censeatur consentire; qui  
alibi recensentur, in l. Sicut 8, §. noa videtur D. Quib  
mod. pig. vel hypoth. sol in l. Filiusfamilias 8, §. mutus  
D. De procur. in l. 4. D. De servit urb. in l. pensile. D. De  
furi add. & can. 77, de cons. dist. 4. Quorum ea ra-  
tio est, quod nemo in dubio præsumatur taciturni-  
tate sua se obligare velle, vel aliter sibi obesse,  
arg. l. Cum de indebito 25, D. De probat. & l fin. C. Vn-  
de vi. Itaque ut huic Reg. locus sit, necesse est in

racente & coniecturam aliquam concurrere, quæ  
consensum suadeat; veluti est inter coniugios,  
ut in l. Filiusfamilias 16, D. Ad S. C. Maced. in l. 2. D.  
Ad municip. in l. 1. C. De decurion. in cap. unicus. poni  
De defens. impub. lib. 6. Item cum de tacenti utili-  
tate agitur, ut in l. Si remunerandi 6, §. Si passus D.  
Mandati, vel de favore rei, qui absens constituit  
procuratorem, datis ad eum literis. Nam hic  
sciens prudensque literas recipiens, neque prote-  
stantis, censemur tacitè in se suscipere detensionem  
rei absens, iuxta cap 1, De procur. in Clement. Qui-  
bus casibus tacens pro conscientiente habetur.

REGU: